

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXVI. Exactâ quâdam præditus sit scientia, ut & solidum cibum provectionibus
præbere, & adversarios sanæ fidei potenter redarguere possit.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

art. 2. quærit; *utrum liceat Episcopatum injunctum omnino recusare, & responder; Ad inordinatam voluntatem pertinet, ut proprio motu ad præfecturas & officia efferri, ita contra majorum injunctionem, aliorum gubernationem omnino, & finaliter recusare: quia id repugnat tum proximorum charitati, quorum utilitati se pro loco & tempore exponere, tum etiam humilitati, quæ superiorum mandato se subicere quisque debet.* Fusius hæc deducens *Claudius Espenceus* Com. in *Epist. I. Tim. Digression. Lib. III. cap. IV. pag. 224.* Oper. inquit; Tremere oportet propter conscientiam, curarumque molem, ac magnitudinem, & neque, dum eo quispiam trahitur, recusare, neque dum non trahitur, se precipitare: sed tantæ quidem dignitatis amplitudinem considerantes, effugere, comprehensos autem obsequi: Vide ibidem in rem hanc plura. *Basilii* in *Ethicis* definitione 70. appositè docet; Nemini proprio arbitrio ad prædicationem accedentium, expectantium magis divini beneplaciti temq; sic vocatum, confestim obsequi debere, nec tardare: & ubi permittitur, & ad quos destinatur, prædicare.

XXVI.

Exactâ quâdam prædictus sit sci-
en-

entia, ut & solidum cibum provectionibus præbere, & adversarios sanæ fidei potenter redarguere possit.

Eximius.

Cum hic de re non levi, sed maximi cumprimis momenti agatur, scil. de cura animarum, & Ecclesiæ Dei gubernatione, non imperitus & indoctus ad hæc gubernacula adhibendus, sed peritus aliquis & hac in re versatus, nisi non solum periclitari naviculam Christi velimus, sed & incertum discrimen incurrere. Benè B. D. Dorscheus Dissertat. de Studio d. 4. b. *Iniquissime, inquit, secum & cum aliis agunt, & periculosissime Deum offendunt, qui cum se inter primos Dei servos & ministros Ecclesiæ adscribi volunt, multa tamen adhuc, imo pleraque de rebus divinis ignorant, quæ scire possent nisi nescire mallent, aut sciendi labores fugerent. Ecquomodo verò anchora esse poterunt fidelium, qui ipsi in tanta ignorantia fluctuant. Quomodo in Oceano malitia humana ad cladium navis Dominica sedebunt rectores, qui nec helices habent sapientiæ cœlitus revelata &c. Ecclesiasten non oportet esse rudem, quippe qui rudes suscepit erudiendos. Et verò Deus ipse scientiam in Ecclesiasticis personis requirit, cum apud*

L 5

Hofe-

Hoseam Prophetam illiteratum à Sacerdotio arcet; Sic enim cap. IV. 6. loquitur; *Quia tu abjecisti scientiam, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Repulsio scientiæ, inquit B. D. Meisnerus, Com. in h. l. pag. 384. quæ primum Sacerdotii scelus est, involvit. 1. *crassam legis incitiam*, 2. *in inquirendo negligentiam*, 3. *doctrinæ fastidium & contemptum*. 4. tandemque *perversam officii administrationem.* Id maxime culpandum in iis, scribit Andreas Rivetus Com. in Hoseam ad h. l. Tom. II. Oper. p. 593. in fine, *qui ad Verbi ministerium aspirantes sub Evangelio doctrinam & eruditionem despiciunt, nec, dum tempus habent, priusquam tanto muneri se addicant, rerum sacrarum cognitionem, nominis Divini invocatione & diligentia sibi comparare conantur.* Malach. II. 7. dicit Dominus: *Labia Sacerdotis custodient* (h. e. custodire solent aut debent,) *scientiam & legem* (verum legis sensum) *requirunt ex ore ejus*, i. e. interprete Vatablo, Sacerdos debet esse doctus & peritus sacrarum literarum, ut docere possit populum. Nec S. Paulus eruditionem Theologicam, Ecclesiæ Doctori maxime necessariam in sua Episcopali instructione, 1. Tim. III. & Tit. I. prorsus tacet, nam 1. vult Episcopum esse *didaximov* v. 2. aptum ad docendum, jam vero quod quis parum

parum novit, illud docere non potest. Et juxta
Aristotelem, signum scientis est, posse docere. Et
 sic illud docendi donum doctrinam ipsam jure
 merito præsупponit 2. vult Diaconos tenere
mysterium fidei, 1. Tim. III. 9. amplecti sanam
doctrinam. Tit. I. 9. &c. & removet ab Episco-
 pali munere νεόφυτον, qva voce ὁ τὸν νεώτερον λέ-
 γει, ~~ἀλλὰ~~ τὸν νεοκατήχητον, non intelligit juvenem
 virum, sed recenter in fide instructum, sive τὸν
 νεοσύφυτον, qvi noviter e Gentili Christian-
 us factus, vix fidei rudimenta doctus, nec in
 doctrina Christiana satis confirmatus est. Gre-
 gorius Nazianzenus in Laudibus Basilii; Cum
 nec Medici, nec Pictoris nomen quisquam obtine-
 at, inquit, nisi prius morborum naturas expend-
 rit, aut multos colores miscuerit, variasque for-
 mas penicillo expresserit: Antistes contra facile
 invenitur, non elaboratus, sed recens, qvantum
 ad dignitatem simul satus ac provectus, qvemad-
 modum gigantes Poeta finxerunt. Uno die
 sanctos fingimus, eosque sapientes & eruditos
 esse jubemus, qvi nihil didicerunt, nec ad Sacer-
 dotium qvicquam ante contulerunt, prater-
 quam velle. Concilium Toletanum IV. c. 24. &
 Arelatense IV. cap. 2. Ignorantia mater cur-
 ritorum errorum, maxime in Sacerdotibus DEI
 vitanda est, qvi docendi officium in populis susce-
 perunt

perunt. Non ergo dubium esse potest, quin eicognitio multiplex necessaria sit, qui se populorum doctorem in rebus gravissimis & publicorum morum Magistrum profitetur. Quomodo enim de virtutibus, vitis que recte differere fidei dogmata exponere, divinarum Scripturarum arcana detegere poterit, cui multa non adsit doctrina suppellex. In plebejo homine habet ignorantia suam fortassis excusationem, at in Sacerdote, ut Leo Papa scribit Epist. IV. ad Episcopos Siciliæ, vix ferenda est excusatio, que pretendat inscitiam. Imo vero, ut in alia Epistola scil. XXII. ad Clerum & Plebem Constant. scribit, in iis, qui presunt, inscitia nec excusatione digna est, nec venia. Hieronimus in Prophet. Malach. Sacerdotem indoctum cæcum animal appellat, & recte, qui enim ipse res sacras & fundamenta salutis ignorat, quomodo eadem alios doceat? Idem Hieronymus in cap. V. Micheæ indoctos Pastores ita describit; Loquuntur, ait, que nesciunt, docent quæ non didicerunt, magistri sunt, cum discipuli non fuerint. S. Paulus in eosdem graviter invehitur I. Tim. I. 7. inquit, Volentes esse Legis doctores, (Lutherus; sie wollen der Schrift Meister seyn) nec quid loquantur, nec de quibus affirmant sciant, h. e. annotante B. Gerh. a. o.; nec principia doctrinæ suæ, nec conclusio-

nes,

nes, quas ex illis colligant, intelligunt, habent
quidem Zelum, *αὐτὸν ἔχοντες* Rom. X. 2.
Erasmus in Ecclesiaste Lib. I. ab initio pag. 643.
Tom. V. Oper. inquit, *Ad Conciones sacras ad-*
mittuntur, interdum etiam affiliunt, quolibet ado-
lescentes, leues, indocti, quasi nihil sit facilius,
quam ad populum exponere divinam Scripturam
Et abunde sufficiat perfruisse faciem, Et absterge
pudore linguam volvere. Et postea pag. 668.
Quod si filii huius seculi tam vigilanter ac pru-
denter instituunt suos ad vulgares ac sordidas fun-
ctiones: Et si populari sibilo exploditur, qui ad has
se se ingerit imperitus, quantā curā oportet ad hoc
munus omnium ut pulcherrimum, ita difficillimum
preparari. Duo sunt præcipua probi Pastoris
munia, nempe ovibus de opimo & salutari pa-
bulo prospicere, & lupos arcere; sive auditori-
bus sinceram & salutiferam doctrinam propo-
nere, ac illos, qui ei sese opponunt, refutare &
convincere. *Hoc est, inquit Chrysostomus, quod*
maxime doctorem exprimit, posse scilicet verbis in-
struere, Et adversarios refellere Hoc verò ut
præstare possit divinus præco, solida eruditio-
ne & rerū, quæ ad fidem & religionem perti-
nent, accurata cognitione instructus sit, opor-
tet. Rectè *Ambrosius* lib. de dignitate Sacerdotali
c. 4. *Sic polleat Episcopus sapientiā, ut non solum cre-*
ditum

ditum

tum sibi opulum sufficienter doceat, verum etiam
 & cunctarum q̄beat heresum contradictiones à
 Catholica repellere Ecclesià: ne suà imperitià im-
 peritos minimè doceat, huiusmodi casu preven-
 tus, illi eveniat, q̄d scriptum est (Matth. XV. 14.)
 Cæcus Cæco ducatum præbens, ambo in foveam ca-
 dunt. Qui ergò ad munus angelicum verius,
 q̄vàm humanum aspirat, præditus sit oportet
 notitià Lingvarum & artium & præcipuè S. Scri-
 pturæ, doctrinæq̄ve Christianæ totius in Cate-
 chismo, Augustanà Confessione, aliisque Libris
 Symbolicis breviter & in Locis Communibus
 Theologicis copiosius tractatæ. Gnarus sit
 Historiæ Ecclesiasticæ & controversiarum
 Theologicarum, præsertim illarum, q̄vibus ho-
 die Ecclesià concutitur, ut præmonere valeat
 & præmunire gregem adversus irruentes lu-
 pos. Rectè B. D. Carpzovius in Definitionibus
 Consistorial. Definit. L. Videant, inquit, ne in li-
 teris & lingvis sint hospites; in articulis fidei penè
 pueri, in controversiis verò, q̄vibus hodiè con-
 cutitur Ecclesià, & q̄varum cognitio necessaria est do-
 centibus planè peregrini. Commendatam sibi ha-
 beant Scriptorum Symbolicorum lectionem, rerum
 sacrarum & Theologicarum cognitionem familiarem
 sibi reddant. Probè sciant, q̄vibus fundamentis
 singu-

*Singula fidei capita ex Scriptura probantur, quibus
 gratiis contradicentes revincantur. Hoc
 enim vult os illud Spiritus S. Apostolus Paulus,
 scilicet ut Doctor Ecclesiæ teneat *Mysterium fidei in
 purâ* συνειδίσεις I. Tim. III. 9. ut habeat *ἑκαστὴν
 ὁμοίαν* seu formam sanorum verborum 2. Tim. I. 13
 ut sit *ἀντεχόμενος τῆς ἐκκλησίας διδασκαλίας πᾶσι λόγῃς καὶ
 διωκτοῦς*, potens & exhortari in doctrina sana &
 contradicentes arguere. Tit. I. 9. ut enatritus
 sit verbis fidei & bonæ doctrinæ. I. Tim. IV. 6.
 Proinde quāto paratior quis ad hoc munus
 prodierit, tantò & Deo & Ecclesiæ fructuosius
 serviet. Anabaptistarum factio contendit, ho-
 mines rudes & illiteratos, cerdones etiam & ful-
 lones ad Cathedram Ecclesiasticam esse admit-
 tendos, nec eruditionem secularem vel ani-
 mum in literis subactum requiri ad prædican-
 dum Dei verbum, sed id totum pendere à mera
 Dei inspiratione. Probare conantur hanc su-
 am opinionem exemplis ex V. & N. Testamen-
 to desumptis, sic *Amosen* ex armentario seu pe-
 cuario ad Propheticum munus raptum esse di-
 cunt, Salvatoremque usum esse operā Piscato-
 rum, hominum rudium & illiteratorum in præ-
 dicando Evangelio, imò eò etiam infantiæ pro-
 labuntur, ut asserere non dubitent; Quò quis-
 que rudior & imperitior est, eò similiorem &
 propio-*

.propiozem esse Apostolis, & magis idoneum
 ad Ministerium Evangelii. Ast I. Apostol. Paulus
 in sua Episcopographia multa requisita exigit
 in illis, qui præfici debent Ecclesiis & Verbum
 Dei prædicare, ac ostendit, tales debere, *ωρεσέ-*
χεν τῇ ἀναγνώσει 1. Tim. IV. 13. esse *διδασκὸς* 1.
 Tim. III. 2. *ἱκανὸς καὶ ἑπὶ πλείους διδάσκειν* 2. Tim. II. 2. *ἀν-*
τεχομνησθε τὸ κτ' τὴν διδασκαλίαν πιστῶ λόγῳ, δυνατὸς ὅτι
ᾤοντο καλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ὑποτασσέσθῃ καὶ τῶ
ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν Tit. I. 9. An vero talia in
 Cerdonibus & tonsoribus reperiantur, valde
 dubito, II. Si Apostolus conqueritur, *neminem*
ad hoc idoneum esse, 2. Cor. II. 16. qvi ad munus
 illud, Angelicis etiam humeris tremendum
 idonei fullones & *κνυμνοπέριστα*? III. Munus do-
 cendi populum in Ecclesia est *ars artium* &
scientia scientiarum, ut loquitur Gregorius Na-
 zianzenus in Apolog. p. 16. Ergo nullus illite-
 ratus illud rectè & cum fructu sustinere potest.
 IV. Extra ordinem factum olim, cum Amos
 armentarius è sycomoro, (Amos VII. 14.)
 in Ordinem Propheticum allectus, cum Pis-
 catores docerent, etc. nihil ergò stolidius,
 quàm his exemplis ignaviam velle apricari. Ex-
 traordinario statui (verba sunt B. Dannhaveri
 Theolog. Conscient. Tom. I. part. 2. special.
 Dialog. 2. pag. 429.) *ἀνάλογον* fuit ille *renas-*
cent

scientis è Papatu Ecclesia, ubi virorum doctoruna
 vitem explere non raro idiota, quibus ut orga-
 nis infirmis Christus regnum tenebrarum oppu-
 gnavit, ac Evangelii Thesaurum in vasis fictili-
 bus obtulit, ut sublimitas virtutis ex DEO esset,
 non ex hominibus, 2. Cor. IV. v. 7. Nunc vero
 ordine constituto Timotheis & Titis opus est, qui
 λόγῳ καὶ σοφίᾳ polleant, qui prius ad pedes Ga-
 malielis sederint, eque thesauro suo (non canali-
 um sed concharum instar) proferre possint vete-
 ra & nova. Opus jugi ἀναζωογονεῖν donorum
 divinatorum. Quem ordinem, qui hodie in tan-
 tā linguarum, artium, commentariorum luce ne-
 gligit, auditoribus quidem ille suis, ut psittacus,
 quorum aucupatur gratiam, DEO tamen & con-
 scientiæ nunquam satisfecerit. Hæc ille. V. Li-
 cet aliqui eorum, quorum operā Salvator sub
 initiū Christianæ Ecclesiæ in prædicando Ev-
 angelio usus est, fuerint rudes & illiterati, non
 tamen omnes fuerunt tales; Nam Stephani,
 primicerii illig Martyrum sapientiæ & spiritui
 haudquaquā resistere poterant Judæi, Actor.
 VI. 10. Apollos inter rudes censendus non
 est, utpote qui vocatur ἀνὴρ λόγιος & δυνατός ἐν
 τοῖς γραφαῖς Actor. XVIII. 24. Pauli juvenus
 ad pedes Gamalielis exacta erat, Actor. XXII.
 3. Piscatores Galilæos ad Apostolorum vocavit
 M Dominus.

Doming. Nec verò tales ideò elegit, quafi in-
 scitiâ eruditioni præferret, qvemadmodum
 Phrenetici quidam sibi in sua ignorantia ap-
 plaudunt, seq; Apostolis putant eò propiores,
 qvò magis à literis abhorrent. Voluit initio
 quidem contemptibiles eligere, ut eorum su-
 percilium dejiceret, qvi coelum idoctis patere
 non putant: sed deinde Piscatoribus adjunxit
 Paulum Collegam, qvi à pueritiâ sedulo insti-
 tutq fuerat, & legendis sacris voluminib9 ali-
 quam temporis partem impendebat, hinc li-
 bros sibi mitti petiit, præsertim in membranis
 descriptos, 2. Tim. IV. 13. Hi sine dubio non
 fuerunt *Platonis* aut *Pythagoræ*, aut Cabalistici,
 Talmudicive, sed *Veteris Instrumenti*. VI. Pec-
 cant Anabaptistæ falsâ hypothesi; Christum
 emisisse Apostolos rudes & nullis donis in-
 structos ad prædicandum Evangelium. Non
 subito enim ex idiotis facti sunt Evangelii
 præcones, annos aliquot attentissimas au-
 res præbuerunt doctorum omnium Doctori
 Christo. Licet itaqve fuerint Discipuli Chri-
 sti rudes antecedenter & objectivè, non
 tamen mansere tales consequenter & ter-
 minativè. Distinguendum igitur inter
vocationem & *missionem* discipulorum Do-
 mini. Vocati fuerunt & in Scholam
 Christi admissi rudes, ast non emissi tales, sed
 eximie

eximiis ab eo, sapientiæ, eloquentiæ & ταπεινότη-
 τας, donis instructi. Sic ab aratro olim voca-
 tus Elifæus, à pecuariâ Amos, sed uterque
 conversus in alium virum. VII. Christus qui-
 dem elegit tales Apostolos, de quibus Phari-
 sæi Actor, IV. 13. dicunt, quod *sint ἀγράμματος*
καὶ ἰδιῶται, illiterati & idiotæ. Non voluit au-
 tem hoc exemplo universalem & perpetuam
 regulam præscribere, quales vocandi sint ad
 Ministerium, sed hujus sui facti habuit pecu-
 liares causas. Nec sequitur, à Christo vocati
 fuerunt homines rudes & illiterati ad munus
 docendi, Ergo & à nobis tales vocandi sunt.
 Christus illos idoneos in momento reddere,
 potest, non nos. Inepta itaque illatio ab a-
 ctione Domini ad imitationem nostram.
 VIII. Alia est ratio Ecclesiæ pimitivæ, alia
 subsequentiæ, alia plantandæ seu constitu-
 endæ, & alia plantatæ seu constitutæ. In illa
 vigeant *χαρισματα* linguarum, prophetiæ &
 aliorum id genus donorum miraculorum,
 quæ recensentur ab Apostolo 1. Cor. XIV.
 His temporibus licebat omnib9 illis prophe-
 tare, qui donis ejusmodi divinitus instructi
 erant. Donis verò illis sublati & cessanti-
 bus, mediisqve ordinariis substitutis, fanati-
 cum & insanum est, introducere confusio-
 nem Anabaptisticam & Andabaticam contra

expressa Pauli præcepta, qui pastores à gregibus, Doctores ab auditoribus distingvit & vult, ut *omnia* in Ecclesia *fiant* ἐσχημὸς τοῦ ἀδελφοῦ I. Cor. XIV. 40. Vide B. Chemnitii Harmon. Evangel. cap. L. ab initio p. 400. seq. Confer D. Carpzovii Definitiones Consistoriales Definit. XXVI. Nemo unquam ad Gentilium sacrorum curam & administrationem admissus est, nisi prius omnem damnatæ superstitionis didicisset seriẽ. Et arbitrabitur quis, minori studio æternæ sanctitatis mystas initiatos esse debere? Absit à nobis hæc impietas! Hodie quidem multi ad gravissimum docendi in Ecclesia munus profiliunt, priusquam rectè & integrè doctrinæ cœlestis capita perceperunt, satisq; illis est ad Ministerium Ecclesiasticum obeundũ, compendiolũ aliquod Theologiæ leviter percurrisse, & paucula ex sacris Literis & Librorum Symbolicorũ perfunctoriã lectione delibasse. Quid verò belli isti homines jam ad Cathedras sublimati agunt? Docent, quod nesciunt, & quod nunquam didicerunt. Supinam ignorantiam felici loqvacitate regunt, & lauro ardente clamosiores omnia complent vociferatione, & columnas rumpunt vocali inscitiã. Nihil illis ignorantiae fratribus est, ut Plautino utar verbo, *confidentiloquius*. In-

incorruptoque Evangelii lacte nutrire possint, & munire adversus hæreticorum venena. Valetq; hîc illud Papæ Innocentii III. in cap. nisi cum. 10. vers. pro defectu. extr. de. renunciat. *Quamvis desideranda sit eminens scientia in pastore, competens tamen toleranda est.* In Episcopis tamen, seu illis, qvi primariis Cathedris admoti, exactam quamdam doctrinam postulamus, ut & solidum cibum provectoribus præbere, & adversarios sanæ fidei potenter redarguere possint. Hinc Apostolus Timotheum, quamvis jam Episcopum & in sacris literis ab infantiâ institutum adhuc hortatur, ut attendat lectioni 1. Tim. IV. 13. 2. Tim. III. 14. Ex hætenus dictis patet, meram & apertam calumniâ esse, quando Pontificii, nominatim Bellarminus lib. II. de Verbo Dei cap. 15. §. His omnibus, Becarius Parte II. Theol. Scholast. Tom. poster. Tract. I. cap. 3. quæst. 8. num. 24. & Costerus Enchirid. cap. I. p. 53. seq. garriunt; Nos Lutheranos sublato docentium & discipulorum ordine & discrimine Sartoribus, Sutoribus, ceterisq; opificibus libertatem permittere è pulpitis sacra eloquia tractandi & Scripturas interpretandi. Vindicamus enim sacrum illud officium personis legitimè ad id vocatis, & sufficiente rerum divinarum notitiâ ac solidâ eruditione

tione instructis. Quæsitum quoque sæpius
 est, an potior vitæ, quàm doctrinæ habenda
 hic sit ratio? Sive utrum vitæ probitas in Mi-
 nistro Ecclesiæ cognitioni ac scientiæ rerum
 præferenda, an contra? Quidam è Calvinia-
 nis, non æquè spectandum existimant, quàm
 quis doctus sit, atque quàm vixerit, vivatque
 pie, & quàm benè se gesserit, geratque inter
 homines. Alti enim verò, nos utrumque in
 Ecclesiæ Doctore requirimus, scil. ut doctus
 sit & probus, juxta sententiam *Hilarii*, lib.
 VIII. de Trinit. statim ab initio p. 130. Edit.
 Froben. ubi præclarè docet, Verbi divini Mi-
 nistrum debere esse bonū & simul doctum;
*Non statim boni atque utilis Sacerdotis est, inquit,
 aut tantummodo innocenter agere, aut tantum-
 modo scienter prædicare, cum & innocens sibi
 tantum proficiat, nisi doctus sit, & doctus sine do-
 ctrinæ sit auctoritate, nisi innocens sit. -- Necessè
 est, quod stultè sapitur, stultè etiam prædicetur.
 Jam verò stulta prædicatio in quantum malum
 est audientium, cum seducuntur in sententiam
 stultitiæ sub opinione sapientiæ. Interim ta-
 men non negamus; Deum etiam per me-
 diocriter eruditos, si pii sint, plus efficere,
 quàm per subtilissimos & acutissimos Do-
 ctōres, in quib9 nō est Dei timor, nullaque pie-
 tas aut modestia, quos sæpè plus incommo-
 dare,*

dare, quàm prodesse Ecclesiæ videmus, Sira-
 cid. XIX. 21. ut benè observat B. Balduin9 Com.
 in I. Tim. III. Quæst. p. 1302. Quæritur deni-
 que; An, qui sufficiente scientiâ non est instru-
 ctus, promittit verò diligentiam & sedulitatem
 in discendo, ad sacrum Ministerium admitti pos-
 sit. Resp. nequaquam. Nam 1. nemo est Sa-
 cro Ministerio inaugurand9, nisi qui est didax-
 im9 & aptus ad docendum, 1. Tim. III. 2. Tit. I.
 v. 9. 2. Alienis communicat peccatis, qui per-
 sonæ non satis idoneæ man9 imponit 1. Tim.
 V. 22. 3. Testatur experientia, illos qui ad sa-
 crum Ministerium admissi rudes, in suâ rudi-
 tate permansisse, utut sedulitatem in discendo
 promiserint. 4. Quid respondebimus Deo, si
 multi ex auditoribus pereant, anteqvam Pa-
 stor ea didicerit, quæ aliis instillanda erant.
 Ezech. XXXIII. 1. seq. Vide D. Brochmand, Sy-
 stem. Theol. artic. XXX. de Minister. Eccles.
 Casu Consc. XVII. p. 375. Dicebat aliquando
 magni nominis Theologus; *Maximam cala-*
mitatis hodiernæ causam assigno eam, quod pauci
pastores hodiè par sint faciendæ muneris, aut
si sunt, illud tamen negligenter
administrant.